Licet in hoc casu hæc ultima doctrina omnino veri- 174 ficari non potest, cum coram ordinario de jure patronatus Regio nec discutendum, nec ventilandum est, sed in consilio supremo Cameræ, ut statim dicam, sive ipse ordinarius, vel alter opponat, & replicet de quasi possessione, sive ex parte Regiæ coronæ tripliciter de decreto irritanti, & aliis clausulis Bullarum, ex doctrinis supra adductis, impediendis præscriptionem, & inficientibus totaliter possessionem, relictam absque juris adminiculo, & fomento in sola nuda, & inconsiderabili detentatione, & quousque in judicio Cameræ iste articulus præjudicialis causæ principalis terminetur, ordinarius ultra non procedat, sed tenetur superferedere, juxta text. in *c. lator. qui filii sui legitimi, optim. text. in c. tuam, ubi ad examen nostrum (utpote quæ ad forum ecclesiasticum pertinet) esse delatam, &c. (donec jam dicta causa Natalium Apostolico judicio finem acceperit, patienter expectes, &c.) de ord. cognit. quod procedendo ad ulteriorem provisionem beneficii si pars ad hærens Cameræ Regiæ appellaverit, appellationi esse deferendum: reponendumque esse omnia postmodum attentata, declarabitur, quoniam est iusta, & legitima, etiam in iudiciis aliis inappellabilibus tum quia interponitur ab intricato, & inordinato processu *ex**

1766 ad m. c. tuam ibi, nihil aliud esse, quam diversis processibus intricare, per negotium, & confusione quadam iudicii ordinem perturbare, &c. ut exatè probavi supra lib. 1. c. 18. à n. 30. ubi latissimè per totum cap. hunc articulum examinavi, & infra 3. p. c. 13. per tot. & probat text. in c. exhibita, de iud. ubi Abb. & Felin. n. 6. & in c. exceptionem n. 25. de ex. pr. Bald. in l. 1. c. qui accus. non poss. Bart. in l. lat. prator. §. permittitur. ff. de min. Domin. in c. 1. ep. 3. q. 6. tum etiam quia procedit ordinarius tempore quo ejus officium debet conquiscere, & dilatione pendente, & etiam remissione, quod est attentatum notorium ex doctrinis vulgatis.

177 Et licet hæc proximo præcedenti articulo procedant & locum habeant, quando sacra Majestas præsentavit in vacatione beneficii hujusmodi, vel intra terminum à jure patronis datum (ut diximus) tamen cessant, quando præsentavit post dictum tempus vel fortè post longam, aut longissimam possessionem ipsius ab aliquo rectore vel beneficiario, ut aliquando fit, quoniam tunc non est cogendus ordinarius, ad faciendam institutionem, quousque ipse talis vincatur, & per sententiam diffinitivam, & executoriales declaratur, jus patronatus ad Regiam coronam spectare, tum quia d. de cernimus, 16. q. 7. dum annullat collationem factam ab Episcopo spreto jure patronatus, limitatur communiter, si ipse patronatus intra tempus concessum ad præsentandum reclamaverit. & contradixerit eum etenim nullitas fit lata in ejus favorem; intelligitur si ipse contradixerit, ut latè superius probavi hoc

178 in capite. Deinde quoniam quando beneficium juris patronatus vacat de jure, licet non de facto, vel quando privatus est rector eo ipso jure ob aliquod delictum, et si patronus possit præsentare, non est à possessione advocatus possessor, quousque citatus, sententia declaratoria feratur, ut tenet latè Roch. de Curt. de jur. patron. verb. honorificum num. 86. & 87. & tunc appellabilis fit declaratoria quoad utrumque defendendum, latè diximus supra 3. p. c. 7. à n. 66. in responso ad primum argumentum contrariæ, & in ipso primo argumento à n. 1.

179 Et facit, quoniam quando lis vertitur super proprietate juris patronatus, siquidem vertatur inter patronos, ipse est præferendus in præsentatione, qui est in quasi possessione, & ultimo statu præsentandi, ut supra dixi, & ita præsentatus, licet postea ab altero patrono evincatur per sententiam, & executoriales jus ipsum patronatus, non est removendus à possessione ipsius beneficii quod retinet omnimodo, cum teneat institutionem ut probat expressè text. in c. consultatione de jur. patron. cujus ista est vera conclusio, ut probant Zerol. in pr. x. p. 1. verb. jus patr. vers. 16. & omnes in d. c. consultationibus. Covar. in præd. q. 14. n. 2. & Cabed. de patr. Regia corona c. 8. num. 3. optimè etiam latè Perez de Lar. in tr. de Capell. & amiver. lib. 2. c. 9. n. 40. & segg. qui etiam pro-

180 bant, procedere d. text. conclusionem, quando lis est inter duos collatores, ut sustineatur collatio à possessore facta, nec provisus movetur, etiam victo autore.

181 suo. Si autem non inter patronos, sed inter Episcopum, & patronum lis mota fit, ille liberæ collationis, esse beneficium certans, ille juris patronatus, & ad se spectantis, si ipsi ordinarius colligans tunc contulerit, evicto postea jure patronatus per sententias, per verum patronum poterit removeri sic provisus. Sic optimè Cabed. & Lar. post alios ibi, poterit tamen ipse ordinarius tunc ponere æconomum in beneficio, juxta c. cum vos de off. ord.

182 Limitatur d. c. consultationibus, secundum Cabed. de patr. Regia coro. d. c. 8. sub n. 1. in patronatu Regio; nam licet lis vertatur inter procuratorem Regium & alios patronos evicto jure patronatus coronæ per sententiam: ut præsentatus Rector à patrono putativo, qui erat in quasi possessione, amoveendus sit à benefi-

cio; non obstante dispositione d. c. consultat. rationem reddens: quod cum ab hoc ut præsentatus sustineatur, requiritur quasi possessio ex parte præsentantis, seu eligentis, gl. ibi verb. creditur l. 9. tit. 15. p. 1. ubi Greg. verb. tunc esse. Roch. de Curt. de jur. patron. verb. competens, q. 19. n. 39. & segg. Pat. dec. 189. lib. 1. Roland. conf. 48. Guier. conf. 4. n. 3. ut cum patronatu Regio deficiat hoc requisitum, siquidem contra illud non detur quasi possessio & detentatio est sine effectu & juris fomento, ac per consequens institutus & præsentatus à putativo patrono absque titulo, ideo amoveendus esse eum, dicit ille, & faciunt quæ adducit c. 7. limitatur in super d. cap. consultationibus, prout limitavimus superius sub num. 159.

Item pariter limitatur, ut procedat, quando agitur 183 lis super proprietate, non autem quando inter patronos & electores, collatoresve agitur super possessione aliquo remedio possessorio, intentato, quia tunc qui obtinuit, declaratur verus possessor, est in pristinum statum restituendus, ut tradit ipse Cabed. d. c. 8. n. 8. quem sequitur Perez de Lar. in d. lib. 2. c. 9. sub n. 41. per tradita à Luca de Peña in l. si coloni, n. 4. C. de agricul. & censib. quia tantum afferit restitutio, quantum abstulit spoliatus. Bar. in l. qui proprio 46. ff. de procur. Tiraq. de retr. lib. 1. §. 1. gl. 14. n. 74. quæ aliter non fiat, nisi ab instituto relinquatur Ecclesia, qui omnes Cabed. scilicet ibi n. 10. & 11. & Lara sequitur Rebuffi, ad constitutiones Galli, tit. de mater. poss. art. 1. gl. 2. n. 6. & 27. advertunt in libris super spolio, citandos esse Episcopum, patronum (si Ecclesia est patronata) & institutum, seu alius provisum, cum omnes dicantur spoliium fecisse, nemini igitur dubium est, ut negatum jus patronatus debeat per legitimos tramites evinci.

Nec sic evicto jure patronatus coronæ prima sententia exequenda est hoc casu, nullum siquidem privilegium habet, sed supplicationem omnimodo admittit, & quousque in gradu remissionis confirmetur, præsentatus adhærens Camera; non est in possessionem beneficii mittendus. Probo, ut enim lis hæc vertitur, super beneficio simplici, aut super curato. Primo casu appellationi ab institutione, electione, seu provisione beneficii defendendum est, quando per sententiam, & in contradictorio judicio terminatur, secus quando extrajudicialiter; latè Lambert. de jur. patr. 8. q. 10. artic. 1. q. prin. 2. p. lib. 2. & idem Lambert. in 3. art. 2. q. prin. eadem 2. p. lib. 2. & nos latè supra lib. 1. c. 13. à num. 151. ubi amplissimè & luculenter à prin. & infra c. sequenti n. 31.

At si sumus in beneficio curato, & incidit in ejus, 187 provisione aliqua exceptio, vel questio juris patronatus, & similia, licet ipsa provisio sit facienda per sententiam diffinitivam, & in contradictorio judicio, prima sententia executioni demandatur, quando beneficium curatum est vacans, & sine rectore propter maximum animarum periculum, justè à jure consideratum, ex his quæ exactissimè per nos lib. 2. c. 13. & 3. p. c. 4. à n. 52. & supra; at si Rector aliquis in possessione, & sit non vacans curatum, cum cesset ratio periculi, appellatio sententiæ effectum suspendit quoad utrumque, quousque possessor per tres conformes, & executoriales vincatur, latissimè probavi superius hoc lib. 3. c. 9. quoniam possessor beneficii omnino est ab ea per tres conformes non aliter avocandus, ex his quæ latè & optimè per Nicolaum Garc. de benef. 6. p. cap. 2. à num. 109. cum segg. & latè nos 3. p. c. 4. à num. 52. & supra, & à n. 67.

Hic necessarium unum valde utile non omitam, 188 cujusnam status an Ecclesiastici an secularis iudicibus hujus patronatus cognitio tam in proprietatis, quam in possessionis judicio pertinet, siquidem videatur indubitatum ex determinatione text. in c. quanto, de ju- dicitis, & de jure patronatus tanquam spiritualibus annexo

annexo sit judicandum, ac de ipso principali spirituali, ac ideo ad forum Ecclesiasticum spectat cognitio.

190 Nihilominus tamen illud est specialissimum in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, quæ five in possessione, five in proprietate Regium Coronarum patronatum attingant, vel alias sint Regalia, Regem, ejusque consilium cognoscere, esseque usu receptum, & permissum non solum in Hispania, verum etiam in regnis Galliarum, Angliæ, Hungariæ, & Apuliæ testatur Aufr. in addit. ad Capell. Tholoz. dec. 165. n. 25. vers. 25. fallit. & quæ tradit Zuch. alleg. 8. n. 14. vers. verum. Stephan. Aufr. de potest. secul. super Eccles. sal. 25. Costalium in l. de qq. ff. de legibus, quos duos citat, sed non sequitur Mart. de jur. 2. p. c. 4. num. 1. Joan. Garc. de nobilit. gl. 9. num. 24. & segg. post Spec. tit. de com. judic. additio. §. generaliter n. 2. vers. quarto. Guillel. Benedic. in c. Reynutius verb. & uxorem in 2. num. 62. fol. 84. de testam. & n. 74. 78. & 79. optimè Bobad. in polit. lib. 2. c. 18. n. 213. & facit etiam Concl. Trid. sess. 22. de reformat. c. 8. ubi jubetur Episcopis etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis visitare hospitalia, & confraternitates, seu universitates scholarium, in quo excipiuntur, quæ sub regum immediate protectione sunt, fundatur in antiquissima & immemoriali consuetudine, quæ potest acquiri, quod etiam per privilegium Romani Pontificis, & cum hoc jus patronatus sit de regalibus, nimirum; ut Rex hanc præminentiam acquiserit.

191 Sed aptior illa consideranda erit ratio, ut scilicet in Regio consilio non agitur de jure Regio patronatus in consistorialibus competente, quia de eo nec dubitatur, nec dubitari etiam potest, nec institutio, aut collatio ibi fit, (quo casu loquitur Mart. de jurisdict. 2. p. c. 4. à prin. fol. 266.) sed tantum agitur de qualitate extrinseca Ecclesiæ, contenta in indultis, Bullis, & donationibus Pontificalibus, an scilicet sit consistorialis, necne, quod nihil spiritualitatis comprehendit, sed nudum factum.

192 Certissimè namque juris est; ut super donatione juris patronatus facta per laicum posse judicem secularem cognoscere condemnare, & compellere donatorem ad implementum, ut tenent Ant. de Butr. in c. quanto, & ibi Abb. in fi. de jud. Feder. de Senis conf. 392. facta est lex Aufr. in tr. de potest. secul. in Eccles. reg. 4. fall. 21. Lamb. de jur. patron. lib. 3. q. 8. art. 8. n. 6. vers. & quia judex secularis, fatetur (quod est miraculum) Mart. tract. de jurisdict. 2. p. c. 41. n. 16. fol. 264. ubi loquitur etiam de promittente donare hoc jus patron. ut ad compellendum sit competens judex secularis, ergo à fortiori poterit cognoscere de qualitatibus inhærentibus, & inseritis ipsi donationi, ut puta dono tibi jus patronatus, quod in tali collegiali, habet, vel in Ecclesia Sanctæ Mariæ, &c. vel in capella talis monasterii; nam si de hujusmodi qualitatibus, & indemnitatibus dubitetur, quis dubitat, posse eundem cognoscere judicem, & quia de facto rei spiritualis judex laicus competens est, ut plusquam notum est.

193 Et hodie in Hispania pro evitanda competentia, quæ quotidie super hujusmodi juris patronatus Regii cognitione oriri solebat, inter supremum justitiæ Consilium, & Consilium Camera; per quod expediuntur schedulæ præsentationis in eis sacra Catholica Majestas pro evitandis etiam partium expensis impenfis, aliisque inconvenientibus inde sequutis, justitiam, & expedit nonnullas schedulas Regales, quibus inhibuit omnibus tribunalibus supremis, consilio & Regiis Cancellariis, disponens quod quando contingerit dubitari, seu litigium moveri super jure patronatus suæ coronæ, & quomodolibet illi attingat, super aliquo canonicatu, ratione, Abbatia, Prioratu, Praelatia, aut præbenda majori, vel minori, vel aliquo quovis beneficio, hujus dubietatis cognitionem pertinere privatè sub consilio

Camera; ut constat ex schedula expedita anno 1593. die 17. Martii, ibi, quando se dudasse (& ibi pertense à mi consejo de Camera privativamente;) & alia anno 1588. die 16. Januarii, & alia anno 1603. die 7. April. ibi: y por esta in hito al dicho mi consejo Real y Cancillerias y otros qualesquiera mis tribunales, y jueces de qualquier calidad, estado y condicion que sean, para que en ninguna manera cognoscan ni puedan tratar ni cognoscer de las dichas causas de patronago, &c. Et hinc est, ut 199 suprema tribunalia non se intromittunt cognoscere de violentis factis à iudicibus Ecclesiasticis ordinariis in hujusmodi causis, & negotiis juris patronatus Regiæ coronæ, sed illa videnda & tollenda remittunt ad supremum Camera; Regium consilium, prout ego multoties vidi in hoc Senatu Gallogræco, licet in delegatorum violentiis, qui emanant à superioribus, & quod recursum fuit per præsentatum à Regia coronâ aliquo ex modis inferius descriptis aliter observatum vidi, & super eis determinatum in prædicto Senatu.

Nam tunc quemadmodum iudices ipsi Ecclesiastici 201 superiores eorumque delegati licet possunt cognoscere de nodo gravamine ob non admittam præsentationem Regiam ab inferioribus ordinariis facta abstractè à cognitione juris patron. Regii, secundum ea quæ mox dicenda sunt: pariter & tunc poterunt tribunalia Regia cognoscere de violentiis in hujusmodi processibus, accidentibus, & commissis, quia semel jam prohibitionem evasit, & semel effecta res alienabilis, semper remanet alienabilis, juxta ea quæ alibi latè diximus.

Et unum te moneo, quod si præsentatus à sacra Ca. 202 tholica Majestate intimaverit primam Regiam cartam ordinario, ut examinatus, & approbatus influitur, ordinario recusante recurrit ad supremum consilium Camera; cum responso, & petit secundam cartam, & tunc non ita facile conceditur sed differtur expeditio multoties, quousque clarior appareat, & verificetur, jus patronatus Regium intrare in illud beneficium cum citatione ordinarii & interesse tantumque; si tamen hoc satis constare, & apparere videatur Regio prædicto consilio, secunda carta expeditur, qua jubetur, ut instituat sic præsentatum. Si autem evidenter hoc apparuerit à principio, vel quia sacra Majestas invenitur in ultimo statu præsentandi, vel quasi possessione, vel paulo ante habuisset, vel in iis beneficiis, in quibus hucusque in dubium revocatum non fit, nec dubitatum, ad se jus patron. pertinere, sine difficultate expediti mandatur.

Et jam hodie nisi in iis casibus relatis nulla solet ex- 203 pediri schedula, imò etiam prima præsentationis denegatur, nisi prius legitime de jure Regio patronatus doceatur: & quidem justissimè quoniam experimento cognovit Senatus Camera; quod prætextu, & occasione juris patronatus Regii, tot privilegiati à jure multi possessores inquietantur in justè, & in vacantibus impediuntur, hac via provisiones ordinarias, litesque protrahuntur in infinitum, non sine magno dispendio, & sumptibus litigantium. Quare nisi legitime prius confiterit de jure patronatus Regio (ut in iis casibus modò relatis d. n. 201.) porta non aperitur in illis, tamen non solum prima præsentatio, sed & secunda justio expeditur, non aliter.

Cui si adhuc obedire, obtemperare neglexerit or- 204 dinarius, vel procedendum est usque ad diffinitivam sententiam in Senatu Regio super jure patronatus, vel eandem arbitror tertiam cartam, & jussionem expediendam, & cum ea procedendum esse ad executionem pœnæ impositæ à jure Episcopo, & aliis personis Ecclesiasticis nolentibus obedire, adimplere, nec obtemperare provisionibus, & mandatis Regiis, sive consilii, cum ad id omnimodo teneatur (maximè cum ad eum hujus juris pertineat cognitio privatè)

Divus Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Soto lib. 4. de just. & jur. quest. 4. art. 2. colum. 2. in si. cum seqq. Suar. in repet. quoniam in prioribus limit. 2. leg. Reg. num. 14. ad fin. C. de officio testam. Navarr. in manual. 25. num. 9. Azeved. in l. 13. num. 6. tit. 3. lib. 4. recopil. cujus ea pena est damnare praelatum in temporalibus, & eum ut extraneum habere a Regno Paul. de Castr. in l. addictor nu. 6. C. de Episcopali audentia. l. quicumque, ubi etiam Paul. eod. tit. Guillelm. Benedictus in c. Raynui. verb. & uxorem 2. num. 155. ad fin. & num. 161. & seqq. Cened. in collect. ad decret. c. 3. fol. 54. num. 9. Azeved. in l. 13. n. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. alios allegat Gasp. Rodrig. de annu. reddit. lib. 1. c. 17. num. 67. plures congerit Bobadill. in polit. lib. 2. c. 8. num. 62. litera A. Pedemont. dec. 30. n. si. ad fi. Carol. de Grass. l. 2. Reg. l. Franc. jur. 7. col. pen. & nos late diximus supra lib. 1. c. 2. a. n. 265. cum multis seqq.

205 Et ita hoc jure utitur, quoties non obtemperat Praelati Ecclesiastici provisiones supremorum tribunalium quibus jubetur, ut deferat appellationi, & attentata iniuste reponat; quo quidem casu attenté procedendum est. Interim tamen ordinarius curet, omnino conquiescere in causa, nam si ad ulteriorem provisionem beneficii hujusmodi vocantis devenerit, 206 sicut, vim facere manifestam, ac propterea appellationem ab eo per praesentatum a Rege, seu procuratorem ejus interpositam non detulerit, & reposuerit, in supremo Camerae senatu adeundo per viam violentiae, eam fecisse, declarabitur, reponique interim omnia attentata, mandabitur, ex his quae per c. tuam, de ord. cognis. & c. ator qui filii sunt leg. supra dixi a n. 174. cum sequentibus.

207 Alia est via jure Canonico aperta, huic praesentato a Rege, ut si non instituitur ab Episcopo, imò eo negligente, per duos menses a die praesentationis computandos, differat institutionem; potest per viam aditus, seu quaerelae recurri ad Metropolitanum, vel ordinarium viciniorum pro nanciscenda institutione, nam licet jure communi attento, nullum sit tempus praescriptum ordinario ad institutionem faciendam praesentato a patronis, sicuti praefixum est ad conferendum beneficium ex text. in cap. 2. de concess. praebend. tradit Lamber. de jur. patron. lib. 2. p. q. 2. (& ex Doctoribus inferius allegandis) art. 6. hodie tamen praedictorum duorum mensium terminus praefatus est a motu proprio Pii V. incipit in conferendis, qui est 20. in ordine, qui loquitur in Parochialibus, & sic ait ad medium: Data tamen de Parochialibus juris patronatus optioe 208 ipsis patronis, ut si institutio ad ordinarios spectabit, ipsis ordinariis illam facere negligentibus, & ultra dictos duos menses differrentibus, possint ipso hujusmodi institutione obtinenda; habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum ordinarium, vel ad Sedem Apostolicam, &c.) & superius ibi, petatur institui, institutione ipsa per duos menses, a die praesentationis dilata fuerit, &c.) cujus etiam meminit Spino in tract. de testam. gl. 4. prin. n. 95.

210 Et hoc praesentationis tempus non currit a tempore, quo fit instrumentum praesentationis a patrono; quia illa non dicitur praesentatio; sed nominatio. Sed quando praesentatus offert se in praesentia ordinarii personaliter, non alio modo, quoniam ad faciendam institutionem requiritur praesentia praesentati, ut ordinarius possit examinare illum, & cernere an sit idoneus, & per Rot. dec. 3. de jur. patron. in novis. Sequitur Zerol. in prax. Episcop. l. 1. par. 1. verb. jus patronatus ad septimum. Lambert. de jur. patr. lib. 2. p. 1. q. 4. prim. art. 16. n. 1. & 2. & optime explicat, prosequitur plures citans Riccius in prax. Ecclesiast. de jur. patron. decisio. 156. facit l. consentaneum Cod. quomodo, & quando iudex l. 1. in princ. ff. de verb. obligatio. & an & quando praesentatio sit necessaria personaliter, vide quae late per Nicol. Garcia, de benef. 4. par. c. 1. a. n. 16. cum pluribus sequentibus,

ubi tractat tam in Parochialibus, quam in simplicibus.

At in beneficiis simplicibus aliis extra curata, si or- 211 dinarius vel alius habens instituire, aut confirmare, aut conferre beneficia resignata, ex causa permutationis sit negligens & differat, seu recuset id facere, cum non sit de jure ei terminus aliquis praefixus, recurrendum erit ad superiorem, nempe, Metropolitanum, seu Legatum, aut Nuntium, qui tempus praefigat, intra quod id faciat, quo elapso ipse supplebit, vel compellendo; vel institutio, vel confirmatio, &c. tenent 212 Abb. in c. 2. de concess. praebend. num. 12. & 13. Roch. de Curt. de jur. patron. verb. honorificum num. 55. Paul. de Citadi. in eodem tractatu 6. q. art. 3. num. 103. Rebuff. in prax. benef. tit. de volum. nu. 6. & in concordatis, tit. de Regia ad Praelatur. nominatio, §. 1. verb. infra sex menses. Lamber. de jur. patr. 3. p. 2. lib. quest. 2. artic. 6. & 7. Selva in tractatu de benef. 3. p. quest. 6. n. 1. & sequentibus. Anastas. Germon. de indultis Cardin. Philip. Franc. in c. unico de rerum permutatio. lib. 64. num. 10. & ibi Zabara num. 137. Zerol. in prax. Episcop. verbo beneficium §. 3. & verb. jus patron. §. 8. 3. dub. & 2. p. verb. institutio. Azor. instit. moral. lib. 7. cap. 30. q. 2. qui loquuntur 213 generaliter & indistincte in omnibus beneficiis, immemores morus proprii Pii V. cujus supra meminimus, disponentis in Parochialibus, ubi & quod hic praesentatus possit ab hujusmodi tarditate Episcopi appellare, ut proximus superior, vel terminum inferiori statuatur ad institutum, quo elapso & institutione non sequuta ipse instituat, tenet ultra citatos Franc. Mar. dec. 451. quatuor, de tempore nu. 2. & dec. 491. n. 1. p. 1. & per gl. in c. cum Berol. de re judic. & Mandos. conf. 7. sub num. 13. Joan. Hier. Camp. divers. jur. cano. rubrica 11. c. 13. nu. 474. fol. 398. & moventur per text. in c. cum nullius de jur. patron. quem bene in proposito interpretatur Campanil. ibi Landerch. conf. 141. post Roland. confil. 22. a. n. 6. vol. 1. Menoch. conf. 59. vol. 3. alios citat. Aloyf. Ricc. in prax. Eccles. de jur. patron. dec. 159. per totam.

Quae doctrina intelligenda est, quando ordinarius 214 absque justa & legitima causa recuset admittere praesentatum, tunc enim a praesentato non admisione conceditur appellatio; secus enim si legitima adesse causa, gl. in c. nullus de jur. patron. Archidiacon. in c. 1. §. d. Gemini. & Franc. in c. 1. num. 16. & seqq. de jur. patron. in 6. Aloyf. Ricc. in prax. Eccles. jur. patron. c. 149. num. 73. & n. 7. qui dicit, quod hoc casu non poterit 215 superior instituire, nec inferiorem ad id compellere, arg. text. in c. liter. 63. d.

Inter causas vero legitimis connumeratur, maxime 216 si praesentatus esset persona indigna, quia ultra, quod privantur patroni pro illa vice, jure praesentandi, excusatur insuper ordinarius illum rejiciens secundum Ricc. ubi proxime n. 74. qui in causa sibi delegata, ita iudicasse secundum hanc opinionem firmat.

Et hoc remedium multi praesentati a Rege utuntur, 217 imò eo etiam potest uti Camerae consilium, ut data hac negligentia, & recusatione in ordinario expediendo (schedulam Regiam cum relatione casus & negligentiae praedicta, directam vel viciniori ordinario, vel Metropolitanum ipso, ut praesentatum instituit, illaque via mihi magis sua videtur, & minus prolixa, alia etiam ei via & remedium scilicet appellandis ad nuntium vel superiorem Ecclesiasticum; difficile tamen videtur, 218 ipsum posse se intrinsecus, quoniam ad reponendum gravamen, de quo conquiratur praesentatus de ordinario, necessarii est cogniturus de causa, & se informare ex actis, ut cognitio juris patronatus ad consilium seculari Camerae privative spectat, non ad Ecclesiasticum iudicem, cujus iudicium dum se intrinsecus in simili causarum cognitione, iustè solet declinari, haecque via jure improbabili videtur.

Sed

Sed adhuc defendi potest stylus vulgaris, quo exat 219 introductum appellatum ad nuntium ab ordinario non admittente praesentatum a Rege, sublata & anota difficultate inconvenienti Regi, & quidem abique cognitione juris patroni. Relat. ex illo capite, quoniam quando iudex secularis, casu quo aliquam a se latam sententiam contra personam, & bona Ecclesiastica tulerit, & pro ejus executione requisiverit iudicem Ecclesiasticum, ut suum officium, & auxilium impartiat, ipseque protervus sit, & negligens potest ad superiorem Ecclesiasticum recurrere, ut illum compellat impartiri, & hoc absque nova citatione, & nova inspectione processus facti ab eodem seculari, ut dicit Iff. in l. a Divo Pio, §. sententiam Roma. ff. de re judic. Quae sada 220 diversarum questionum c. 9. n. 13. Covarr. in prax. q. 10. n. 1. vers. eadem ratione. Avil. in c. 21. praxio. verb. usurpan. num. 21. Villalo. in erroru commun. opin. liter. 1. num. 165. Azeved. in l. 15. n. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. & sic hoc modo videtur posse sustineri recursum hujusmodi ad superiorem Ecclesiasticum, ut ordinarius compellat institutionem facere, vel ipse faciat, quod potest (ut supra dictum est) absque eo quod se intrinsecus in cognitione juris patronatus Regii, nec in processu fulminato in consilio Camerae, sed duntaxat de intimationibus 221 schedularum regalium, & de praesentatione, ac de ordinarii responsonibus, replicationibus & ejus protervia, negligentia, & contumacia, praefata doctrinae argumento, & faciunt singulariter quae dixi infra q. p. c. 5. vers. illud tamen singular. a. n. 33. cum sequentibus.

222 Et ad illud, quod dictum fuit solere declinari Nuntii reverendissimi jurisdictionem: respondetur, procedere, quando non ad compellendum tantum, se voluit intrinsecus Nuntius in juris patronatus Regii cognitione ad petitionem ordinarii, puta, seu ab eo provisi, excipientis coram eo de jure, & de praescriptione ordinarii, & non juris patronatus Regii, cujus articuli, seu quaestiones incidentis, solet per remissio ad consilium Camerae, & a contrario appellari, conterique de violentia coram eodem consilio Camerae, ubi passim declaratur vim facere Nuntium, & sic dicendum est, ut quemadmodum potest iri ad superiorem, imò ad ordinarium viciniorum per viam recursum, & quaerelae, ita & eodem modo, & via per appellationem poterit ad superiorem recurrere, qui duntaxat de gravamine illato ab ordinario cognoscit, & scilicet de ejus protervia.

223 Et ut huic brevi diff. usul finem imponamus, esset illud animadvertendum, ut Reges Catholice Hispaniae sunt veri patroni Ecclesiarum Cathedralium horum regnorum ac etiam Praelatarum, & Abbatiarum consistorialium eorumdem, jure, antiquaque consuetudine ac concessioneibus, & indultis summorum Pontificum, ut constat ex l. 1. tit. 6. del Patronaz go real. lib. 1. recopil. item etiam affirmant Reges Catholici Ferdinandus & 224 Elizabeth, Toleti anno 1480. ut constat ex l. 3. eodem titul. ad Regiam coronam spectare jus patronatus de algunas yglesias Parochiales de las montañas que se llaman Monasterios, & selegresias, per rationes traditas a l. 18. tit. 5. p. 1. ibi, esta es la joria & honra han los Reyes de España por tres razones: la primera, porque ganaron las serras de los Moros, y hicieron las mesquitas yglesias, ebaron de y el nome de Misora y metieron y el nome de nuestro Senor Jesu Christo; la segunda, porque fundaron de nuevo en lugares donde nunca las hubo; la tercera, porque las dotaron y demas las hicieron mucho bien, &c. eandem rationem reddunt gl. in c. Adrianus 2. 63. d. Palac. Rub. in tractatu de benef. vacan. in curia §. 8. & §. 4. idem in introduccion rubrica de donatio. inter virum & uxorem n. 24. Navar. in c. novis 3. nota corollario 34. n. 11. de iudicis, c. nobis, &c. specialiter de jur. patr. Bal. in prologo decr. verb. Rex pacis. Bonif. in peregr. verb. electio q. 1. fol. 158. Gregor. Lopez in d. l. 18. verb. antiqua Didac. Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. eridim. colum. 251. Azeved.

in l. 1. tit. 6. lib. 1. recopilat. glossator. regul. Cancell. 40. Covarr. n. regu. possessor. 2. §. 10. non. 5. & 6. Spino in tract. de testam. gl. 4. n. 13. Quintaduen. Ecclesiast. l. 1. c. 5. num. 4. Cened. in col. 510. decretalium 3. Joan. Gutierrez. pr. tit. 3. q. 13. n. 7a. Queved. de patron. Regia corona. Camil. Borell. de regis Cathol. praesent. c. 50. ex n. 37. & c. 5. n. 6. & plures citat Bobad. in polit. lib. 2. c. 18. n. 116. lucra D. ubi late, & specificam reddit rationem acquisitionibus patronatus Regii eorum beneficiorum, de quibus in d. l. 3. tit. 6. lib. 1. recopil. & superius etiam n. 215. meminit etiam praelatarum, & Abbatiarum consistorialium jure, & consuetudine, ac Apostolicis concessioneibus Regibus patronatus competere, & apparet ex dictis Bullis, & privilegiis, scilicet Adriani VI. Clementis VII. & Pauli II. superius relatis.

Quibus etiam insuper concessa fuere omnia monast. 225 teria consistorialia horum Regnorum Hispaniae, ut constat ex d. Bulla Adriani VI. ubi, nec non monasteria quaecumque consistorialia, &c. & idem reperitur ex d. Bulla Clementis VII. ubi, nec non monasteria consistorialia, & hujus bullae Adriani VI. facta Carolo V. Hispaniarum Regi, de hujusmodi Beneficiorum praesentatione, & jure patron. meminit Navar. in cap. nullam 18. q. 2. & Cabed. de patron. Regia c. 24. n. 4.

Et istud jus patronatus dicitur jus Regale, & inter 226 caetera Principis regalia computatur, firmat Camil. Borell. ubi supra a cap. 5. n. 7. & in n. 6.

Circa provisionem autem Episcopatum Hispaniae 227 (ut apparet ex dictis juribus) videtur fuisse varietatem, nam tempore Gothorum electio Episcoporum fiebat ab ipsis Regibus, text. in cap. longe 63. d. quod est Concilii Toletani XII. c. 6. (ubi fuit ita declaratum) & tradit Doctor Villalpando comment. in Concilia Toletana c. 39. & per d. c. cum longe, & ibi glo. dicit Guillel. Benedict. in c. Raynu. de ist. 2. vers. & uxorem nomine sub n. 373 in fin. & sub nu. 376. ad medium, vers. nam idem factum fol. 32. quod per Ecclesiam universalem Hispaniarum, & ejus praelatos, Regem Hispaniae fuisse in effectu redactum ad jus suum eligendi, quod prius habuerat, secundum d. glo. in princ. prout contigisset in Regno Franciae, ut late ibi refert.

Postea vero nunciata prius Regi morte Episcopi, 228 & ab eo petita licentia eligendi successore, electio fiebat a Capitulis, & electio praesentabatur Rege, &c. l. 3. tit. 3. & l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinarum, quorum meminit in proposito Palac. Rub. in repet. c. per vestras in rub. in introduccion. n. 5. Nicol. Garc. de benef. §. p. c. 1. sub n. 216. de qua consuetudine loquitur etiam text. in d. c. cum longe, & ibi Doctores & in c. perlelliu 63. d. & in c. Abbat. 18. q. 2. & per Compostella. in c. quod sicut, de electione, colum. ante penult. vers. Principi praesenti cujus meminit Henric. in c. nobis, de jur. patron. colum. penult. Archidiacon. in c. Reatina Ecclesia 63. d. ubi quod prop. 229 ter absentiam Regis nunciationem faciendam fuisse vicem gerenti, Paul. de Liazar in repet. d. c. nobis de jur. patr. Bald. in c. cum consuetudinis de consuetudine. Ang. in l. ad pto 2. col. in fi. de adoption. Sicul. in c. P. & G. de off. deleg. 40. colum. & c. quod translationem, col. 17. de off. deleg. & in c. ex se scripto col. 17. de for. comper. quam consuetudinem juri consonam, reputat Innocen. in c. quod fuerit de elect. quem alii sequuntur ibi, praesertim Abb. col. 1. & in c. 1. colum. penult. & in c. cum terra in fi. de electione & text. secundum unum intellectum in c. cum in c. univ. ibi, mandamus quatenus invocata Spiritus sancti gratia personam idoneam per electionem canonicam concorditer assumat ad regimen Capuanae Ecclesiae, consequenter ad audientiam nostram nuntios idoneos transfurari, per quos a nobis vice Regia profoletis assensum & Apostolicam confirmationis gratiam requiratis (ad idem text. in d. c. cum terra ibi, qui factio non prohibetur, quin Regis fide Patriarchae, qui pro tempore fuerint, requiratur assensus), text. in c. innotuit, de

de electione text. in c. quod sicut eodem tit. ibi; cum in ea nihil attentatum fuerit in preiudicium Regiæ dignitatis, quia non simplex nominatio, sed solennis electio debet Principi nuntiari, &c.) & etiam est text. in d. c. Reatina, & in c. perlestit, & in c. nobis, & in c. principali, & in d. cum longè 63. d.
231 Nunc verò presentatio fit à rege, juxta d. l. recop. & notant Gregor. Lop. in d. l. 18. tit. 5. p. 1. Bobadil. in palit. lib. 2. c. 18. n. 223. Nic. Garc. de benef. 5. p. c. 1. n. 216. in fin. & ideo bene dicit gl. in d. c. cum longè, quod nihil hodie subtrahitur Regi Hispaniæ, quia sicut prius eligebat & nominabat, ita & nunc, tenet etiam Reflaur. in trakt. de Imperatore q. 10. n. 16. Conrad. in templo iudicum lib. 1. cap. 2. §. 3. n. 24. Joan. de Selva in trakt. de benef. 7. p. 2. n. 44. Corlet. in trakt. de potestate q. 55. cum aliis per eos allegatis, Mart. trakt. de iurisd. 2. p. c. 40. n. 13. fol. 261.
232 Qui n. 14. dicit Ecclesiam Romanam magno profectu favore Regem Catholicum, qui propter suam, & suorum ministrorum religionem ea majori fruii Potentia, ditione & magnitudine, quam nemo huicque Rex, vel Imperator fuerit consequutus, de cuius Regnorum & statum titulis scribit Sebastian. Munsterus in Cosmographia universali de Hispania c. 2.
233 Et hujus juris Regi patronatus præcipuum fundamentum esse privilegium Apostolicum, quod habent Reges Hispaniæ, de quo in l. 1. recop. firmat Nicol. Garc. ubi proxime d. p. cap. 1. n. 217. quod vidisse testatur Gregor. Lopez ubi supra, & meminit Palac. Rub. in repet. sub. in introduçione sub n. 34. circa principium: & dicitur in bullis Episcopatum, & pensionum super
234 is impostarum secundum Garciam ibi refert etiam Pater Mariana in historia Hisp. cap. 16. ad fin. ubi ait, quod cum super hoc fuisset computroversa, Sixtus IV. concessit perpetuò Regibus Castellæ, quod ad Episcopatus eligerentur per eos nominati, & petiti, de quo etiam lib. 5. c. 5. & lib. 26. c. 5. ait quod Papa Adrian.
235 VI. concessit Carolo V. Imperatori Regi nostro & ejus successoribus jus præsentandi Episcopos Hispaniæ, qui antea providebantur ad supplicationem Regum, de quo etiam meminit Gil. Gonz. in sua historia de Salamanca lib. 3. c. 18.
237 Et quales quoque Archiepiscopatus provideat Rex Catholicus nosse individuum tam in Hispania, & Lusitania, quam in Neapolis Regno, & in Sicilia, & in Regno Sardinia, & in ducatu Mediolanensi speciatim refert Mart. in trakt. de iurisd. 2. p. c. 40. n. 15. fol. 261 ubi sigillatim refert à principio d. cap. omnes ferè Principes, & Reges Christianæ Religionis, simile habere privilegium, ut de Rege Apuliæ, Imperatore, Rege Neapolis, Rege Ungariæ, Normandiæ, & Angliæ, Franciæ, & Hispaniæ, latè prosequitur post plurimos Doctores ab eo citatos Mart. d. c. 40. per totam, & Selva de benef. p. 2. q. 23. Reflaur. tr. de Imperatore q. 100. quod modo omittit libet. Imò de jure communi omnes
239 Reges majorum Ecclesiarum sui Principatus affirmant esse patronos, Archid. in c. perlestit 63. d. Bal. in c. quanto de judi. col. ult. & præmio Rex pacificus col. 2. Anton. Corletus in trakt. de excellentia Reg. q. 34. Covarr. in regul. poss. 2. p. §. 10. n. 5.
240 Causa enim hujus Regiæ præeminentiæ, origoque & præcipuum illud præcipuum (dempta fundatione, & dotatione) esse potest, quoniam de jure Rex potest obijcere, quod Episcopum electum habet suspectum, quo probato electione tractanda est, ut dicit Innocent. in c. super his de accusat. refert Abb. multis in locis, & dicit singulari in c. super his column. & in c. 1. de elect. Felin. in d. c. super his, ubi multos citat Germ. in c. in 110. col. fin. 21. d. etenim & regis interest, nosse qui sint qui Ecclesias intra ejus provincias sunt administraturi, sicut adnotarunt dicti Doctores Ab. in cap. ex parte de testib. & in c. quod sicut de electio. gl. in c. 62. d. Corlet. in

minus 80. annos ante Carolo Imperium, præcessisse Toletanum Concilium, clareque falli, & decipi Igneum & Ferandum.
248 Reduendo igitur ad beneficia consistorialia, de quibus in dictis indultis, & privilegiis Pontificalibus supra adductis; attende, quod licet beneficia Consistorialia in duplici genere reperiantur, alia appellantur Consistorialia, quia reperuntur scripta, & annotata in libris camera inter Consistorialia, sed de illius ex consuetudine non providentur Consistorialiter, hoc est, in Consistorio Papæ, ut tradit Caputaq. decif. 17. & dec. 19. lib. 1. Flamin. Parif. de resign. benef. lib. 8. tom. 2. q. 6. n. 1.
249 & 2. alia sunt Consistorialia beneficia, hac ratione ita dicta, quia de eis disponi Papa in Consistorio eorum Cardinalibus; Lapis alleg. 44. col. 2. latè Mandof. in regul. de annot. quæsi. 16. n. 2. Rebuff. super concord. ad prela. nominat. facien. vers. Consistorialiter. Staphil. de liter. gratia §. de cem. n. 67. vers. quia. Petr. Greg. Syntagma se jnr. lib. 15. cap. 4. n. 15. Sarner. in regul. de annal. q. 24. Mohedan. decif. 140. Put. decif. 502. lib. 2. & Glossator Hispanus Soto & Rebuff. & etiam Mandof. in regul. 2.
250 Cancellaria, quæ quidem beneficia Consistorialia sunt monasteria virosum, ita docet Ludovicus Gomez in regul. de subrogandis q. 15. ad fin. Cabed. etiam de Patronat. Regiæ coronæ c. 24. n. 1. Mandof. in regul. 2.
251 cell. q. 3. & non solum sunt Monasteria, sed Abbatiæ, Prioratus, & aliorum Regularium præfecturæ virosum, ut declarat Flamin. Parif. de resignat. lib. 8. d. tom. 2. q. 5. sub n. 6. & ad fin. 252. hæc omnia quæ de provideis &c. idem Flamin. ibid. q. 6. n. 3.
252 Et nota, quod horum Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Consistorialium valor aestimatur, & taxatur est in libro Consistorialium, & ipse valor attenditur in impetratione illorum, juxta quem fit compositio annata, ut latè Gomez in regul. de valore. ex princ. in impera. benef. q. 3. ad fin. ulterius per ipsum Gomezium ibi in præfatione vers. sed ulterius præmittendum, &c. attende ulterius quod Clemens VI. per unam Regulam Cancellariæ, quæ est 2. in ordine, quam ad litteram adducit Nicol. Garc. de benef. 5. p. cap. 1. §. 4. in prim. aliud agens, reservavit ibi horum beneficiorum consistorialium Monasteria virosum non omnia; sed illa duntaxat, quæ excedunt valorem annuum ducentorum florenorum auri communi aestimatione, ibi, nec non omnia Monasteria virosum valorem annuum ducentorum florenorum auri communi aestimatione excedentium, & voluit, quod excessus hujusmodi in literis exprimitur, &c. de qua Regula ultra Glossatores scilicet Hispanum Sotum, Rebuffum, & Mandofum ibi ad id eam refert Gomez in regul. de subrogand. col. q. 15. ad fin. & idem in regula de valore exprimen. q. 3. ad fin. apud quem ibi in præfatione d. vers. & sub eadem moneta, &c. & iterum in q. 9. ante fin. §. consequenter, text. hic, videri poterit de origine, & genere hujus monetæ
254 Floren. & de vario ejus valore, & quod in Camera Apostolica in taxis pro ducto de Camera capitur, & alia multa de hac moneta Florenorum ibi vide.
Et adverte quoniam multi doctissimi hujus regulæ,
255 & doctorum sumpta occasione falsò asserunt, ut beneficia consistorialia esse monasteria, & similia supradicta quæ excedunt valorem ducentorum Florenorum auri, quoniam in hujusmodi beneficiis consistorialibus non est appositus valor nullus, sed omnia Monasteria virosum Abbatiæ, Prioratus, &c. sunt de jure consistorialia, & per consistorium providenda, cujusvis valoris esse contingit, ut expressè colligitur ex eademmet regula Cancellariæ dum reservavit Pontificis provisioni ea omnia Monasteria excedentia illum valorem prædictum, ita ut alia omnia Monasteria ad illum non accedentia, sed imò minoris sint, ut non reservata remaneant consistorio, ut antea, & sic dicas, quod beneficia consistorialia non requirant aliquam summam, Salsgado de Protect. Reg.

& valorem ut talia dicantur, & taxa horum beneficiorum posita in libro consistorii non est facta, ut tanti, vel quanti esse debeant beneficia consistorialia, sed verus valor, & aestimatio utriusque beneficii, five magna sit, five parva, ibidem est apposta, ut sciat, & cognoscatur quantitas annatæ præstandæ, ut per Gomez. ubi supra in d. regul. de valore ex prin. d. q. 5. ad fin. itaque non in valore consistit beneficium esse consistoriale, sed in ejus qualitate; scilicet an sit monasterium virosum & similiter.
Attende insuper, quod cum de jure omnia Monasteria virosum, Abbatiæ, Prioratus, & aliorum Regularium præfecturæ sunt providendæ in consistorio Papæ, & ex hoc dicantur beneficia consistorialia ex supra dictis, non sequitur, nec est bonum argumentum: hoc beneficium non est scriptum in libro, vel à consistorio non fuit hæctenus provium, ergo non est consistoriale, potuit enim probabiliter non omnium dictorum beneficiorum habere notitiam Summus Pontifex, & sic nunquam illa providisse, & per consequens nec esse scriptum in libro, non enim hoc præjudicat veritati, ut quotiescumque contingit, consistere, & apparere, aliquod beneficium esse, vel fuisse Monasterium virosum, Prioratum, vel Abbatiam: ut possit consistorialiter provideri, sufficit enim, ut sit illius qualitas, ut consistoriale dicatur, non enim in provisione beneficii consistit, esse consistoriale, sed in natura, & qualitate ejus, pro quo eleganter facit, quod dicit Flamin. Parif. de resignat. benef. lib. 2. quæsi. 2. n. 9. quod si aliquis dicat de beneficio, quod est consistoriale, non consuevit consistorialiter provideri, et incumbit onus probandi, testatur que ita fuisse in Rota determinatum in una Nölan. 2. Junii anno 1559. Caputaq. decif. 19. lib. 1. ex quo constat, quod etiam beneficium non provideatur consistorialiter, nihilominus consistoriale est, si sit generis, & naturæ beneficiorum consistorialium, monasteria virosum scilicet quemadmodum & est converso, non omnia beneficia, quæ sunt scripta in libro Consistorii provideantur consistorialiter, quia multa sunt in eo scripta, quas nihilominus ita non provideantur, sed ut alia cetera, ut tradit Caputaq. decif. 19. lib. 1. & decif. 17. Flamin. Parif. ubi proxime n. 10. idem Flamin. Parif. de resign. benef. lib. 8. tom. 2. q. 6. n. 1. & 2. maxime quia de jure 260 ad probationem scriptura non requiritur, nisi in casibus specialiter ab eo expressis, ut vulgare est.
Quod & comprobatur insuper, nam licet aliqua Ecclesia reperitur descripta in Catalogo Episcopi inter Ecclesias Collegiatas, nihilominus non habetur pro Collegiata, quia descriptio illa non probat Ecclesiam Collegiatam, juxta sententiam Barbatæ in cons. 19. præclarè consil. 17. n. 3. & 4. vol. 1. arg. l. non ob hoc, Cunde cognatis, l. non nudis, & l. nec tales C. de probat. cui sententiæ proculdubio convenit, quod traditum est ab Ab. post alios in c. dilecta de excelsib. præl. Aquil. decif. 100. optimè Mascar. de prob. tom. 2. consil. 584. n. 11. ubi etiam congerit multa signa, per quæ Ecclesia probatur, seu præsumitur Collegiata.
Et ita communis est stylus & praxis in Hispania: 263 quod ad hoc ut beneficia dicantur consistorialia, aliquem valorem non requiri, nec scriptum esse in libro Consistorii Romanæ Curie, sed sufficit realiter consistere, ac apparere esse, vel fuisse monasterium Conventuale virosum, ut intrent privilegia, & indulta Romanorum Pontificum, concedentium horum consistorialium jus patronatus Catholicis Principibus Hispaniæ, & ita pluries fuit in ejus favorem determinatum, & sententiarum in Concilio supremo, & Cancellaria Vallesolanæ in multis causis Prioratum, habitis prius fidè dignis informationibus, ac instrumentorum & testium literaturum, & fide dignorum Curialium presentatis à Procuratoribus Casarii patrimonii atque filio Romæ; etiam si ex adverso fuisset probatum, &